



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vitruvius Itervm Et Frontinus

Vitruvius

Florentiae, 1513

De palestraru[m] aedificatione & xystis. Cap. XI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12979


nus sit pedes senos, ut gradus inferior inde auferat,
 & puluinus duos pedes, Laconicū sudationesq; sunt
 coniungendæ tepidario, eaq; q̄ lata fuerint, tantam
 altitudinem habeant ad imam curuaturam hemisphe
 rii, mediumq; lumen in hemispherio relinquatur, ex
 eoq; clypeum æneum catenis pendeat, per cuius redu
 ctiones & demissiones perficietur sudationis tempe
 ratura, ipsumq; ad circumferri oportere uidentur, ut
 æqualiter à medio, flammæ uaporisq; uis per curua
 turæ rotundationes peruagetur.

De palestrarum ædificatione & xystis. Caput. XI.

Nunc mihi uidentur (tametsi non sint itali
 cæ consuetudinis) palestrarum ædificatio
 nes tradere explicare, & quemadmodum
 apud græcos constituantur monstrare. Constituntur
 autem in tribus porticibus exedræ spatiosæ habentes
 sedes, in quibus philosophi, rhetores, reliquiq; q̄ stu
 diis delectantur sedentes disputare possint. In pale
 stris peristylia quadrata siue oblonga, ita sunt faciē
 da, uti duorum stadiorum habeant ambulatiōis cir
 cuitionem, quod græci uocant δίαλον, ex quibus tres
 porticus simplices disponantur, quartaq; quæ ad me
 ridianas regiones est conuersa, duplex, uti cum tēpe
 states uentose sunt, nō possit aspergo in interiorē par
 tem puenire. In duplici autem porticu collocentur hæc
 membra, Ephœbeum in medio (hoc autem est exedra
 amplissima cum sedibus, quæ tertia parte longior sit
 q̄ lata) sub dextro corticeum, deinde proxime conni
 sterium, à cōisterio in uersura porticus frigida la
 uatio, quæ græci λουρὸν uocitant, ad sinistrā ephœ

bei elæothesium, pxime autem elæothesium, frigida
 rium, ab eoq; iter in propni geum in uersura porti-
 cus, proxime autem introrsus è regiõe frigidarii col-
 locetur cōamerata sudatio, longitudine duplex, q̄ la-
 titudine, quæ habeat in uersuris ex una parte laconicum
 ad eundem modum (uti supra scriptum est) cō-
 positum. Ex aduerso laconici, caldam lauacionem, In
 palestra peristylia (quemadmodum supra scriptum
 est) ita debent esse perfecte distributa, Extra autem
 disponantur porticus tres, una ex peristylio exeun-
 ribus, duæ dextra, atq; sinistra stadiatæ, Ex quibus
 una, quæ spectauerit ad septentriõem, perficiatur du-
 plex amplissima latitudine, altera simplex ita facta,
 uti in ptibus, quæ fuerint circa parietes, & quæ erũt
 ad columnas, margines habeant uti semitas, non mi-
 nus pedum denũ, mediumq; excavatum, uti gradus
 bini sint in descensu sesquipedali à margmibus ad
 planitiem. Quæ planities sit ne minus lata pedum
 duodecim. Ita q̄ uestiti ambulauerint circum in mar-
 gmibus, nõ impediuntur ab cunctis se exercētibus,
 Hæc autem porticus ζυγός apud græcos uocatur, q̄
 Athletæ per hyberna tēpora in tectis stadiis exercen-
 tur, Faciunda autem xysta sic uidentur, ut sint inter
 duas porticus syluæ, aut platanones, & in his perfi-
 ciuntur incer arbores ambulationes ibiq; ex opere si-
 gnino stationes, Proxime autem xystum, & duplicem
 porticum designentur hypetræ ambulationes, quas
 græci τῶ ἐπί τῶ ἡμίθεον nostri xysta appellāt, i quas
 per hyemē ex xysto sereno cælo athletæ prodeunt
 exercantur, Post xystum autem stadium ita figura

tum, ut possint hominū copia cum laxamēto athletas certantes spectare. Quae in mœnibus necessaria uidebantur esse, ut apte disponantur, perscripsi.



- a. Ephœbeum.
- b. coriceū.
- c. œnisterium.
- d. frigida lauatio.
- e. elæotheum.
- f. frigida rium.
- g. propnigeum.
- h. cōcamerata sudatio.
- i. laconicā.
- k. calida lauatio.
- l. porticus dupla stadia uersus septē.

De portibus & structuris in aqua faciendis.

Caput. XII.

E oportunitate autem portuum non est prætrionem. terminandum, sed quibus rationibus theā m. porticus tur naues in his tempestatibus explicantur simplex